

Omine fabia mea aperies. Et os
meum annunciasit laudem tuam
Deus in adiutorium meum intende
Dñe. Glia patri. Sicut erat.

Vmni parentis filius Unicus
Quem sacra nostro corpore vestiit
Puella:matris nacta munus
Virgineo remanente nexu.

Hic ditis atri faucibus vt genus
Mortale raptum perpetuo daret
Uno frui trinoqz rege
Mane vbi phebus adhuc latebat
Sol ipse verus iustitie capi et
Vendi innocentem se patitur. statim
Quilis instar dissipati
Discipuli fugitant pauentes.

Vincitur agnus funibus improbe
Anne scelesto sifstur. atqz ibi
Interrogatus ceditur. nec
Diua tamen ferit hos potestas.

Da christe nostra hec optime seculi
Fauore vano pectora non capi
Sed funibus diris ligatum
Demonis et scelerum impiorum
Me solue clemens. candida colligent
Me charitatis vincula feruide
Quo te sequens hac expeditus
Carne. polis animus feratur
Initium duelli.

Antiphona

a

Ter salutaris dominus poplitibus reflexis
Et geminis parenti
Ad polum tensis manibus suppliciter peregit
Hortulus ille sanctus.
Sepe quo patri lachrimis ac precibus benigne
Conciliare gentem
Suerat humanā genuū dulce sacrifici pondus
Sustinuit solumqz
(Heu dolor) guttis maduit sudifici cruentis
Versus. Vigilate et orate. Ut non intretis
in temptationem.

Ditatio

Omine iesu xp̄e summi patris eterna sapientia: qui post salutare preciosissimi corporis et sanguinis tui sacramentum mirabiliter institutus: post discipulorum tuorum q̄ humillime lotos pedes atqz ipsos deniqz discipulos sanctissima saluberrimaqz imbutos doctrina trans torrentem cedron egressus: prolixior ter ad patrem amarissime fusa oratione a perfidissimo illo iuda osculo tradixa nephadissimis perditissimisqz satellitibus crudelissime capi ligari atqz ad annam primo deinde ad cappham summa cuz ignominia p̄trahi voluisti: tua ineffabilez clemētiaz obnixius obsecro ut efficaciori penitentie sacramento laudabiliter in nouū hōez trāsformatus uberioriqz lachrimar̄ fonte prauar̄ affectioni mear̄ pedes salubrit̄ ablutus et in obsequiū tue seruitutē oīno capt⁹ ac demū amoris tui sc̄tissimi vinculis arctissime ligat⁹ dū ea q̄ tue sūt passiois sinceriori mēte recolere gestio nullis vñqz aut mūdi aut carnis illecebris nullisqz spūs malignior̄ tētatiōib⁹ a tā dulcissima meditatiōe repellar. Qui cū patre. Undicam⁹ dño Deo.

Ad primam
Eus in adiutorium meum intende. Deus
meus ad adiuvandum me festina. Gloria
patri et filio. Sicut erat.

Prima ad pylatum maxime celitum
Rex christe vincit te scel erum trahunt
Dia ministri criminatum
Falsidica rabidaqz lingua
Cesumqz sedis lactea dexteris
Colla. atqz vultum flammæa numina
Quem contueri semper ardent
Hanc faciem nimium decoram
Sputis rigatam turpibus: impii
Pergunt pylato ostendere presidi
Hec tanta mitis pertulisti
Christe deus numerum in deorum
Nos ut referres o deus optime
Da tanta cordi munera sint meo
Infixa semper da malorum
Fletibus atqz dolore iusto
Deflere aceruum. quo tibi debita
Servire terris mens queat et polo
Vultum angelis ter concupitum
His oculis merear videre. Antiphona.

Insonis redempturus scelestos
Post principes una frementes
Post testium cōmenta fassorum
Et presulis vestem rescissam
Post mille demū probra sese

Ad pontium duci pplatum
Benignius perfert siletqz
Dum criminatur. sic sacratum
Accepimus datem locutum
Ducetur. et tondente coram
Mansuete ouis mutescet instar..

Versus. Insurrexerūt in me testes iniqui
Et mentita est iniquitas sibi.

Oratio.

Dmine ihesu xpe immutabilis atqz unica ve//
ritas qui tanqz reprobe secte nouis auctor de di/
scipulis de qz tua doctrina stultissime ab anna inter/
rogatus petulentissimaqz ministri deputra furiosissi/
me cesus: apud capphā vero fassimorum atqz ini/
quissimorum maledicis testium linguis insimulat⁹
At pontifici te per deum viuum adiuranti r̄dere ius/
sus colaphos alapas: sputa fedissima: irrisiones: inu/
meraqz pbroz ḡna māsuetissimo passus aīo iam ab/
uniuersa turba morti adiudicatus ad pylatū pretoře/
te duci paciētissime sustinuisti. Da pcor p inestibile
tuā misericordiā michi miserrimo pctōri cogitatiōes
meas oēs priusqz in actū illas epire pmutta eq̄ssima
rectissimaqz pensare trutina neqz ullis unqz iprobo/
rum hoīm cōtumeliis pmoueri vt cū post huius cadu/
ce h̄c pegrinatēz ante iustissimū illō tuū tribunal
cōparere necesse fuerit cū electis ac benedictis ad san/
ctissimam tuam deputaram mereat collocari. Qui cū
deo patre sc. Benedicamus domino. Deo gratias.

Ad tertiam.

Eus in adiutorium meum intēde. Domine ad/
adiuuādum me festina. Glia patri. Sicut erat

Affige suis perfida vocibus
Affige preses clamitat hunc cruci
Iudea. nec tam delicatum
Tam niue candidius resulgens
Corpus flagellis asperioribus
L'esum. furorem sistere liuidum
Quiuit. magis sed fige clamat
Turba cruci hunc. barrabāqz redde
Tum pontianis tepitur horrida
Corona spina militibus. tue
Rex omnium imponenda fronti
Purpureaqz amicite passa
Sceptrumqz dilem dextera arundinem
Gestat recurvo deinde genu tibi
Salve inquiunt rex. atqz duram
Percutiunt calamo coronam
Tandem probrose rex pie presidi
Adiudicaris innocuis neci
Quin et tuis preponderosa
Liup humeris datur efferenda.
Hora hec geruntur tam sera tertia
Que mente semper voluere candida
Possim ihesu nec dulce nomen
Inipidis resonem labellis. Antiphona

Dura nimium pectora
Et ter maligno spiritu
Possessa. quo tandem furor
Dos rapiet: agnum amabilem
Agnum innocentem turpiter
Adiudicabis neci:

Audiudicate quando sic
Primi parentis stat scelus
Ausferre nos argenteos
Precium ducis piissimi
Nos et columnam et aspera
Flagella. nos arundinem
Pressam manu .nos purpuram
Spinasqz quas mitissimum ac
Charissimum tulit caput
Honoire semper maximo
Colemus. at vos impii
Stigiis dati paludibus
Perenne flebitis malum.

Versus. Aperiuerunt sup me os suum.
Sicut leo rapiens et rugiens. Oratio

Dmine ihesu ppe sincerorū innocentīqz ani-
morum tutor et custos. qui cū innocuus a pyla-
to iudicareris pontifices tamen ac phariseos sed & iu-
deos oēs validissimis vt crucifigerere vocibus cocla-
mitate non cessantes benignissimis auribus audire
nō designatus: etiā seuissima flagella purpureamqz
Vestē arundinē pro sceptro & qd oīm durissimū est ex-
acutissimis spinis asprimā coronā sacratissimo tuo
capiti pressam p nobis impiissimis pctōibus pferre
mīme recusasti: ipsamqz cruce ingēti pōdere graue tu-
is iā nimia pena debilitatis humeris ad suppliciū lo-
cū portare nō erubuisti. michi pcor oīm sceleratissimo
tribue pūgētib⁹ Vere p̄tritōis aculeis q̄ tā in te dñm
ac deū meū q̄ etiā in p̄pīmū neq̄ter atqz ipudētissi-
me p̄misī pctā delere. & penit⁹ extirpare vt crucē meā

pro tui nominis amore tollens teqz in innocētia mea
ingressus toto conatu sequens: tandem hoc tenebroso
nimicarcere solutus ex hac suspicioꝝ ac lachryma
rū Valle ad illam desideratissimā sanctorꝝ ciuit̄ pa-
triā letius te duce meteat quoslare. Per dñm. n. i. p.

Ad septam.

Eus in adiutoriū meū intende Domine
ad adiuuandum me festina Gloria patri
et filio. Sicut erat.

Sexta tenellum corpus ab impiis
Nudatur hora funeqz latius
Extenditur. clausqz tusis
Confoditur. premiturqz signo
Orat parentem mitis et innocens
Agnus ceterue ter miserabili
Ignoscat o regis benignum
Mirificumqz nimis fauorem

Pendet latrones inter. amabilis
Mundi redemptor quem sitis acrior
Nostre salutis dum perurget
Spongia felle acidoqz vino
Plena apparatur spongia dulcibus
Amara labris proch facinus) datur
Conuiciis turpiqz probro
Plurimus afficit hunc sacerdos
At fortis heros conticet. et suo
Nos expiandos sanguine suscipit
Quem percolens semperqz adorans
Sydera in alta ferat beatus.

Antiphona.

a iiiii

Sacra turba seminarum dulce sueta verbis
Dremelleo profectum audire fletus b̄beres
Fundit & sequēs magistrū: mesta tōdit pectora
Quas pio bonus redemptor lumine intuens ait
Filio ne tam profusas spargite in me lachrymas
Quin magis vestra ac nepotum dura sata plangite
En dies quando roganda terra vobis hyscere est
Montibus tegi voletis collibusqz. namqz si
In dirente ligno agit̄ hec: quid futurū in arido est?
Versus. Dederunt in escam meam fel.
Et in siti mea potauerunt me aceto. Drd.

Omine ihesu christe nitidissimū mansuetudi/
nis atqz humilitatis exēplar qui v̄sqz adeo te mitem
atqz humilez corde prebuisti vt cum a despectissimis
sathanis ministris in lignum durissimū nudus exte/
dereris etiā pro ipsis tuū vt illis ignosceret patrem
orares. quiqz nec inter sceleratos pēdere latrones ab
nuens et principum contumelias et fellis atqz aceti
probra mansuetissime tolerasti. Cōcede queso michi
miserrimo peccatori pro sanctissimi tui nominis ho/
nore et inimicos diligere et nullis siue contumeliis;
siue ludibriis v̄lla rōne confringi. vt cū amarissimuz
in hac vita scelerū meorū fel ex vero cōmissoriū dolore
procedentū lachrimarū acerbitate respersero post fe/
liciorem tandem obitum celestibus gaudens epulis
mereari interesse. Qui cum deo patre.

Ad nonam.

Iesus in adiutorium meū intende Dñe ad adiu/
uandum me festina. Gloria patri. Sicut erat,

Titan in horam preraedians iubar
Nonam recondit tam scelus horidum
Non sustinens. tum Vela templi
Scissa cadunt. sola contremiscunt

Quin et bonorum: dum tumuli patent:
Que conquerant plurima corpora
Surgunt virorum. seqz multis
Urbe sacra retegunt amicis

Tandem benignus preualidam suo
Docem parenti non sine lachrymis
Mittens redemptor: corpus omni
Parte feris sacerum flagellis

Multoqz fossum vulnere deserit
Assumpe ab illo nil tamen auferens
Divinitatis:nigra ditis
Regna petit patribus cupitus

Letosqz transfeit ad superum domos
At dum latronum cura satellitum
Frangunt manus: cernuntqz totam
Corpoie christi abiisse vitam

Non cura frangunt. sed latus in factum
Intrat furentis lancea militis
Pura ciuor permixtus vnde
Purpureo fluitat rubore

Da lachrymarum fonte scatentium
Ingrata tandem rex bone pectora
Destere. et hanc que parua vite
Pars superest tibi dedicare.

Antiphona.

O beate latro
Quomodo potenti
Tam repente fidum
Cor deo obtulisti?
Solis inquit alnum
Lumen emicantis
Ut tenebricatum
Cerno moy ferenti
Indigna condolere
Principi deorum
Sidus omne sensi
Credidi poposci
Presbuit benigne
Liberalis heros
Hinc ego inter almos
Spiritus deosqz
Letius petenni
Gaudio fruiscor

Versus. Memento mei domi/
ne : dum Veneris in regnum tuum.

Sipriacelphon. ppe. Domine exaudi. Oratio.

Dmne ihesu ppe vniuersorū princeps atqz re
gnator cui dolore intensissimū in crucis atra p
gnis humani redēptione pferēti et terra tremēdo et sol
ab homī se cōspectibus auertendo et tota deniqz mun
di machina manifestissimis cōdolere visa ē argumē
tis. quiqz cū clamore valido et lachrymis acceptissi
mū deo patri sp̄tū offerēs etiā in preciosissimū tuū
latus Ut inde copiosissima pfluerēt sacramēta mili
tis tolerare lanceam voluisti: mihi precor oīm scelerā
tissimo tribue pteritorū flagitiorū recordatōe pauita

re. a p̄sentib⁹ & futur⁹ rationis illa penit⁹ detestādo)
sumē auertere cū claimore valido et lachrimis a te cke
mētissimo rege beniā et misericordiā ipetrare vt cū
mort⁹ lācea cordis mei lat⁹ trāssiuerit purior anim⁹
cruore charitatis ac bonar⁹ meditationiū vnde pfusus
ab angel⁹ tuis sc̄issimus grauiſſime tue maiestat⁹ o/
clis offerri mereat. Qui cū deo patte & sp̄is sancto cc.

Ad Vesperas

Eus in adiutoriū meū intēde Dñe ad Glia pa

Passi tonantis de cruce desperi

Evangue corpus depositum sinit

Virgo tenes tractas. piisqz

Saucia membra vides ocellis

Materna dure tunc poterant crucis

Dūisse tensum pectora stipitem

Firmo tamen decreta summi

Fixa animo tuleras parentis

Et quanq; amaram visceribus piis

Sincera amabat mens nimis arborem

Noſtre salutis qd tropheum

Perpetuo manet excolendum

Tam morte dīta rex maris et poli

Terreqz seuis principibus tibi

Mulctatur o peccator. et te

Flagiciis proprio nephandis

Intaminatus mititer eluit

Agnus crux. et tu miser optimum

Temnis parentem: praua prauis.

Accumulas: neqz pertinacis

Eterna ditis supplicia extimes:

Ha mente tandem composita redi

Clemens apertis en redemptor

Te patiēs reuocat lacertis. Antiphona

Domi sanctam non sine fletu:et
Ingentibus clamoribus
Animam exphalasse videris
Rey christe quantus tunc stupor
Hominum pia corda bonorum
Inuasit. hunc vere inquiunt
Summum genuisse tonantem
Apparet o ihesu bone
Que te clementia vicit
Ut gentis ingrate scelus
Nece tam desere probroso
Tuleris:stupendus certe amor

Verius. Vere languores nostros ipse tu
lit Et dolores nostros ipse portauit. lyrieleyson
yppe. Dñe expaudi Et clamor. **D**ratio.

Domine ihesu ype nostre mortis Victor atqz de-
structor potetissime cuius diuinus animus ad
inferna delapsus nimio desiderio cōfectos patres de-
superbissimi tenebrarum principis imperio triūphā-
tissime liberavit. cuiusqz diuinitati cōiunctū corpus
de crucis patibulo deposituz dulcissimis dilectissime
tue genitricis manibus summa cū pietate p̄trectatū
est. p eiusdē in eternū bñdicte viginis merita precesqz
glossas me vilissimū p̄tōrez densissimis flagicioruz
tenebris obuolutū: ac p hoc tenebraruz principis arbi-
trio subditū clarissimo tue gracie lumine benigna illu-
stra: maligniorisqz spūs oīno cathenas abrūpe ut cū
tātus durissime tue passiōis labor in me vacuus nō
fuerit: etiā in iucūdissime resurrectiōis tue p̄solatōne
purgationi valeam animo contempnare.

Ad completorium.

Longe hinc prophani absistite.nec sacrum
Contaminatis tangere dexteris
Tentate corpus.Vosqz dico.
Pontifices sathanæ dicati
Exasperatis frenrite dentibus
En nichodemus iam posito metu
Vesterqz ioseph diua prorsus
Diues arabs quibus intumescit
Large perungunt membra liquoribus
Artusqz sanctos linteolo ligant
Albente.gaudentes nouello
Sic dominum posuisse busto
Vite future spes tumulo iacet
Dictura terno membra tameñ die
Sic batibus cantata sacris
Carmina:sic fuerat statutum
Compleri.at o tu quem sceleratior
Vita in tenebras irremeabiles
Detrudit:o plane salubrem
Flagiciis speculare mortem
Frustra ne demens purpureus tibi
Tam copiose fluperit(heu)ctuor:
Ingrate quo ferris:crucemqz
Et domini meminisse mortem
Tam ne est molestum:te cruciat scelus
Te morte multat crux domini polo
Vitaqz duratura in eum
Perpetuaqz beat quiete
Crux flagra clavi diraqz vulnera
Corona duris horrida sentibus

Arundo. acetum. fel. et inter
Quos patiens dominus pependit
Sit. tenebre solis. et in manus
Dulcis paternas spiritus euolans
Lignoqz depositus magister
Virgineeqz sinu parentis
Blando quiescens. illius et piis
Fletus. amatis oribus oscula
Coniuncta. Postremo reciso
Condita membra beata saeo
Hec usqz menti firmiter hereant
Nostre. nec unqz figere desinat
Crux alma cor. quo deniqz atro
Sim crucifixus et ipse mundo. **Antiphona**

Dicite pontifices que tanta insania mentes
Destras excruciat. quid formidatis adempta
Nam vita est. corpus quid custodire sepultum
Mandatis: surget miseri surget nichil e quod
Hos metus accipiat lazaram reuocare iacente
Qui potuit clauso poterit prodire sepulchro.

Versus. Voluntarie sacrificabo tibi.
Et confitebor nomini tuo domine lipue/
lepon. Domine exaudi. Et clamor. **D**ratio

Omne ihesu xpe qui post ignominiosissi
mam acerbissimamqz morte illud tuu deli
catissimum corpus inumeris undiqz plagis atro
cissime disacerdotii a discipulis tuis ioseph atqz
nycodemus ut prophetar implerentur scripture
preciosissimis mirre & aloes pigmetis sollicite
pungi atqz in monumeto qd ex petra excisum


erat honorifice reponi volsuisti. me queso pauculusqz
indignissimisqz famulum tuū grauissima viciorum
mole sepultū pietatis tue dextera subleuare dignare
Ut ipsis que me detinēt sceleribus oīno calcatis: ieius
niorū orationū atqz elemosinarū mearū suaves odo
res in altissime tue maiestatis conspectum ascēdere
mereantur. Qui cum deo patre.

Commendatio.


Has christe laudes optime septies
Die canendas ex animo tibi
Nunc offero tu corde miti hec
Omnia passe benignus istos
Exire renes obsecro cordaqz
Sancti atqz fidi flaminis ignibus
Da penitendi tempus aptum
Da lachrymis oculos iuuentam
Deflere crebris heu male perditam
Tetrigz nisum comprise spiritus
Signo salutis quo notatam
Christicole decet esse frontem
Spinis redemptum punge precor caput
Nos trosqz clavis fige pedes tuis
Manusqz. nec quid preter alnum
Linguaqz corqz sonent ihesum
Sic consonantem christe laboribus
Duris. libenter pro populi malis
Quos passus es. tandem beate
Participem facito corone. Amen.

P Salamanca

Hore diue crucis per Iohannem
fernandum musicum regum edite.



S. ELLIX. BRIGAVIT.





5309444296

